In nomine domini nostri ihesu xpisti Incipit Sumarium totius biblie distinctum per libros et capitula veteris et novi testamenti compilatum per venerabilem patrem dominum fernandum didaci de carrione scolasticum ecclesie Caurien hispanum editum Rome.

Et primo in Prohemio galeato


Capitulum primum

Sanctus Jeronimus scribit paulino presbitero se illius munuscula et litteras per manus fratris ambrosii habuisse se suo approbatione veteris fidei et quod vera necessitudo est et xpisti glutino copulata que non ex utilitate rei familiaris nec presentia corporum nec adulatione sed quam dei timor et divinarum scripturarum studia conciliant Sed quod multi et docti peregre et novos adierunt populos et viderunt illos quos ex scriptura noverant et laboriosissime venerunt ytaliam que quondam magna grecia dicebatur ut addiscerent aliena Et hec fuerunt pictagoras et plato et alii in prosis quia tamen fuerunt philosophi maiores erant omnibus eos et quod multi venerunt de longe ad famam titulum lactee eloquencie fonte manantis et ad alios ut audirent eorum doctrinas et ubique venerunt quid discerent et in quo proficerent et meliores fierent

Capitulum 2 — Paulus apostolus vas electionis et magister gentium in quo ut ait loquebatur xpistus lustratis damasco et arabia ascendit iherusalem ut videret petrum et mansit apud eum quindecim diebus ut instrueretur ab eo et iterum barnaba et tito post quattuordecim annos exposuit evangelium cum apostolis ne forte in vacuum curreret aut cucurrisset ac maneret Iam viva vox magis fortius sonat in aures discipuli quam littera

Capitulum 3 — Ingenium docile sine doctore virtute habet omnia sicut mollis cera sine artifice Paulus enim apostolus ut ait didicit ad pedes gamalielis ut instituendo doceret Arma enim mea sunt ad cum deo in pellendum contradicentes et intellectum captivantes ad inobedientiam deo ipse vero paulus scribit thimotheo qui ab infancia fuit eruditus sacris litteris ut vacaret studio lectionis et hortatur in epistola eligere sanctum virum ut possit docere et revincere contradicentes

Capitulum 4 — Sancta rusticitas solum sibi prodest sed quantum sibi edificat ecclesiam ex vita merito tantum prodest nocet si destruentibus non resistendo per malachiam interrogat sacerdotem in legem intantum sacerdotis officium est interrogatum respondere de lege vir iustus in lege domini habet voluntatem et in ea meditatur die ac nocte iustus fulget ut stella et doctus ut firmamentum et ex ebraicam veritatem utrumque de eruditis potest intelligi docti enim fulgebunt et splendor firmamenti Et qui ad iustitiam erudiunt multos quasi stelle in perpetuas eternitates Ideo enim paulus vas electionis quia vas legis et armarium artium sanctarum scripturarum de doctrina apostolorum mirabantur iudei quomodo litteras non didicissent quibus spiritus sanctus suggerebat quod aliis inde



Explicit liber ruth

Incipit liber regum primus liber

prologus

Quod existunt viginti due hebreorum chaldeorum littere
teribus et hebreis aliis repetit litteras ad quarum numerum sint viginti duo
libri biblie et quod non est ebreo sanus mutasse quid quam de hebraica
veritate et quod videtur discrepare hebreum a greco interroget ebreos in magis-
ste credendum

C 1 de helcana et uxoribus suis anna et fenenna et filiis eius sacerdotibus
in silo et oratione anne sterilis ex uxoribus et voto dandi filium deo offerendo
et quod novacula non ascendet caput eius et huius filium samuelem quem
mater post ablactionem adduxit ad templum et obtulit eum domino offerre
in vitulis tribus et tribus modiis farine et amphora vini

C 2 ponitur canticum anne videlicet exultavit cor meum in domino
et samuel indutus ephod lineo ministrabat coram domino ante faciem heli
et filii heli ad erant mali et pueri eorum accipiebant vi partem sacrificii
et erat peccatum eorum grande nimis coram domino quia detrahebant homines
homines a sacrificio dei et mater samuel dabat ei tunicam parvam et
tunicatum et magnificatus est puer samuel coram domino et heli senex
increpavit filios suos de malis que faciebant et quod dormiebant cum
mulieribus que observabant ad tabernaculum nam si peccaverit
quis in deum quis orabit pro eo et non audiebant eum quia voluit
dominus occidere eos et samuel placebat deo et hominibus et venit vir dei dixit
heli quod tollere obiecerit victimam et munera eius et magis honoravit filios
suos quam deum et qui contempnit deum erunt ignobiles et quod
non esset senex in domo sua in eternum et non auferet ex eo virum penitus
ex altari suo et in signum duo filii eius morientur et alii morientur
et residentes in stabunt ut orent pro eis et offerent nummum argenteum
et tortam panis ut dimittant et unam partem sacerdotalem et comedant
tantum buccellam panis

C 3 deus vocavit samuelem et dixit samueli verbum in israhel quod
quicumque audierit tinnient ambe aures eius et quod complet contra heli que
dixit quia noverit filios suos indigne agere et non corripuit eos et quod non
expiabitur eius iniquitas victimis et muneribus et cum samuel dixisset heli dixit
dominus est quod bonum est in oculis suis faciat et cognoverunt omnes quod fide-
lis samuel esset propheta domini et sermo eius sancti omnis israhel

C 4 philistim pugnaverunt contra israhel et interfecerunt de illis quasi
quattuor milia et tunc israhelite apportaverunt archam ad campum et venerunt cum illa
duo filii heli et licet ipsi philistim timuerunt dixerunt ebreos israhel ab inimicis
et quod percusserunt egiptum plaga ne serviant iudeis sicut iudei servierunt

cum pugnaret

noscitur quod qui fideliter principibus serviunt digni sunt mercede et
qui insidiantur regno illorum pereunt pro scelere et que noluerint esse
participes huius solempnitatis gladio et igne pereunt et sic delebuntur
ut non solum hominibus sed et bestiis sint perpetuum exemplum contemp-
tus in obedientia Amen


Explicit liber hester
incipit liber job :

Prologus


C 1 Prologi quod interpretatio debet esse verbum ex verbo sensum
ex sensu vel utroque mixtim et quod originale non perfecte reddunt translaciones
a quodam presbytere qui apud hebreos primus putabatur et quod non
potuit interpretari nisi prius intellexit quod aquila simachus et
theodocion interpretes iudaizantes heretici sunt recepti qui multa
misteria salvatoris sub dolosa interpretatione celarunt et quod ipse de
patribus christianus natus et vexillum crucis in sua fronte portans
eius officium fuit omissa repetere et depravata corrigere et sacramenta
ecclesie puro et fideli aperire sermone et quod plus vult hic pauperes et
dubios et emendatos codices quam pulcros
Alius prologus Cogor quod quia opertum sibi qui non potest
vocabatur falsarius corrector vitiorum et falsator non ablator errorum
C

Incipit liber

C 1 Quod job erat simplex ac rectus et timens deum et recedens
a malo et habuit septem filios et tres filias et septem milia ovium
ac tria milia camelorum et quingenta asinas et quingenta iuga
boum et filii faciebant inter se convivia et job cotidie offerebat
sacrificia pro singulis et quod deus dedit potestatem sathan super
bona job et non in personam eius et statim facta interfectis famulis re-
cepit boves et asinas et pueros interfecerunt misit nuncium qui nun-
ciavit job et ignis de celo combusit oves et pastores dimisso uno
et caldei tulerunt camelos et interfecerunt pueros uno dimisso qui
nunciavit job et ventus prostravit domum super suos filios et interfecit
eos et job scidit vestes tonsa capite corruit in terra adoravit deum
dicens nudus egressus sum de utero matris mee et nudus revertar
illuc dominus dedit dominus abstulit sicut domino placuit ita factum est sit
nomen domini benedictum et in hiis non peccavit job
C 2 deus dixit sathan quod job non erat similis in terra et
adhuc permanebat in sua innocentia et sathan commovit deum ut af-
fligeret job sensit et dedit sathan potestatem super carnem et non in



qui spoliaverunt civitates iuda et fecerunt populos et destruxerunt domos et mu-
ros ierusalem et captivas duxerunt mulieres et natos et edificaverunt civita-
tes david muro magno et turribus firmis et posuerunt illuc gen-
tem peccatricem et arma et escas et spolia ierusalem de regis mandato omnes re-
linquerunt legem dei et secuti sunt legem regis sub pena mortis et multi
de israel fugierunt et libri legis conbusti sunt et contra facientes manda-
to regis necabantur et ipsi et pueri eorum trucidabantur et multi de
israel elegerunt potius mori quam contra venire lege dei
¶ 2 mathathias levites qui filios quinque habuit quorum alter erat iudas ma-
chabeus fugit de ierusalem in montem modin et plorant mathathi-
as ipse et filii eius sciderunt vestimenta sua et operuerunt ciliciis
et planxerunt valde et licet multi de populo illius civitatis modin obe-
dierint mandatis regis ipse tamen mathathias qui princeps et mag-
nus et clarissimus erat in civitate et fratres sui et filii sui cum donariis
voluit quod dixit et si omnes gentes regi antiocho obediunt ut disce-
dant a mandato dei ego et filii et fratres mei obedientes deo stetimus ac-
cessit unus iudeus ad sacrificandum ydolis et mathathias videns
trucidavit eum super aram et illum qui cogebat eum et destruxit
aram et tunc ipse et zelatores legem fugierunt in montibus cum filiis
et uxoribus et pecoribus et dimiserunt bona in civitate et gentes
regis fecerunt eis guerram in die sabbati et iudei noluerunt pug-
nare quia erat dies sabbati et interfecti fuerunt multi de iudeis et
tunc deliberaverunt iudei pugnare etiam die sabbati et collegerunt exer-
citum et percusserunt peccatores et fecerunt eos fugere et mathathias
cum suis circuivit terram et destruxit aras et circumcidit pueros
et persecutus est filios superbie et obtinuerunt legem de
manibus gentium et regum et appropinquaverunt dies mortis ma-
thathie et mandavit filiis suis ponere animas pro testamento dei
et narrat multa de sanctis patribus et quod omnes qui sperant in eum
in deum non infirmantur et quod non timeret peccatores quorum
gloria stercus et vermis est et quod iudas machabeus esset
princeps milicie et vindicat eos et obiit centesimo lxvi° anno regni greco-
rum et sepultus est in modin in sepulcris patrum suorum et planxe-
runt eum omnis israel planctu magno
¶ 3 iudas machabeus et sequaces patris sui preliabantur pre-
lium israel cum leticia et induerunt se loricam sicut gigas et succinx-
it se arma bellica sua in acie et protegebat castra gladio suo sicut
leo et factus est in inimicos et exacerbabat eos reges multos et perambu-
lavit civitates iude et nominatus est usque ad fines terre et percussit
apolonium cum multa gente et occidit eum et cum gladio eius pugnavit
semper idem fecit contra seron principem syrie qui venerat ad vindictam
apolonii et de preliis iude narrabant omnes gentes dicebant autem non



ver'tas mea merces est valde unicuiq(ue) s(ecundu)m op(er)a sua b(ea)ti q(ui) p(er) portas
i(n)trant civitate(m) qui vult accipiat aq(ua)m vite gratis Contestor enim au
dienti v(er)ba p(ro)phetie huius si quis apposuerit sup(er) hec apponet deus sup(er)
illu(m) plagas hic scriptas et si quis diminuerit de v(er)bis illis auferet de(us)
p(ar)tem eius de libro vite gr(ati)a d(omi)ni n(ost)ri ihu xpi cu(m) o(mn)ib(us) nob(is) ac gr(ati)a d(e)i.

ff de canone Explicit lib(er) apo(calypsis) et sic to(tius) biblie pre
ter psalterium laudetur deus meus in eternum